

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 2. Quale indicium fuerit Innocentij Papæ super ijsdem erroribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

illam Deus in adiutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam
qua Christiani sumus, nolunt omnino cognoscere, &c. Hominibus
persuadere non cessant, ad operandam perficiendamque iustiti-
am, & Dei mandata complenda, solam sibi humanam sufficien-
tiam naturam, &c.

Eodem anno in Africa congregatum est Concilium Milevum
cui interfuit S. Augustinus cum 60. alijs Episcopis, in quo
ad eumdem Innocentium Papam ipse sanct. Augustinus episcopus
92. nomine totius Synodi scribens de Pelagianorum er-
roribus sic loquitur. Ipsi dicunt posse hominem in hac vita
praeceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiae, sine adi-
utorio gratiae Salvatoris, per solum liberum voluntatis arbitrium
peruenire; ut ei non sit necessarium dicere (Dimitte nobis debita
nostra) Illud vero, quod sequitur (ne nos inferas in tentationem)
non ita intelligendum, tanquam diuinum adiutorium posse esse
beamus, ne in peccatum tentati decidamus; sed hoc in nostris
situm esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere volen-
tiam hominis.

§ II.

Quale iudicium fuerit Innocentij Papae super iisdem erroribus.

Hec acceptis epist. Innocentius rescripsit ad supradic-
ta concilia Patres, eorum sententiam confirmans,
erroresque Pelagianorum condemnans; & in epistola
quidem ad Patres Concilii Carthaginensis numeratur inter
Augustinianas 91. postquam dixit, illos in eo, quod Apostolicam sedem consulebant, antiqua traditionis exem-
pla seruare, de Pelagianorum erroribus sic loquitur;
*Quid enim potest esse tam iniquum, tam barbarum, tam Christiani-
mentibus inimicum; quam huic te negare debere, quidquid
in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse confiteris debet,*
quod natus es? &c. Et cui putas debere quod vivis, quomodo non
putas illi debere, quod, quotidianam eius consequendo gra-
tiam, taliter vivis? (subiungit postea) illos negare nos adiu-
torio in-
fectos. (ad
nos inpli-
corporis
non liber-
&c. (ad
nisi fregi-
mus erro-
rum non
quis ergo
torio nobis
Dei ben-
In ep-
gustini-
la form-
rebus se-
sponsa pa-
fidei rat-
qui non
lium De-
egere dis-
cumbat,
modo lib-
lestium
postulus,
runt par-
sivili vi-
gori
Qu
Def
gi

terio indigere diuino, quasi ex nostra in totum possilitate perfectos. (item) Illos nescire, quod nisi magnis precibus gratia in nos imborata descendat, nequaquam terrena labis & mundani corporis vincere conemur errores, cùmpares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed Dei solum facere posse auxilium, &c. (addit) Deum quotidiana nobis prestare remedia, quibus nisi freti confisiq; ritazur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Neceſſe est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo stemrum non adiuuante vincamur. (& tandem concludit) Quis quis ergo huic assentiens videtur esse sententia, quo dicat, adiutorio nobis non opus esse diuino, ininſicū ſe catholicā fidei, & Dei beneficij proſtitetur ingratum.

In epift. autem ad Patres Conc. Mileuitani inter Augustinianas ep. 93. poſtquam ſimiliter dixit, antiqua regula formam in toto ſemper orbe ſeruatam hanc eſſe, ut ſuper anxijs rebus ſedes Apoftolica conſuleretur, & de Apoftolico fonte reſponſa per omnes provincias ſemper emanare, prefertim quoties fidei ratio ventilatur; de Pelagianis ſubiungit. Ecce homines qui non poſuerunt Deum adiutorem ſuum; negantes enim auxilium Dei, inquiunt, hominem ſibi poſſe ſufficere, nec gratia hunc egere diuinam, qua priuatus neceſſe eſt laqueis diaboli irretitus occumbat, dum ad omnia vita perficienda mandata, ſola tantummodo libertate contendit. (addit poſtea) Quare Pelagium, Caſteumq;, id eſt inuentores vocum nouarum, que, ſicut dixit Apoftolus, adificationis nihilum, ſed magis vaniſsimas conſueverunt parere quæſiones, ecclesiastica communione priuari, Apoftolici vigoris authoritate censentur.

§. III.

Quid contra eosdem errores in altero Conilio Carthaginensi statutum fuerit.

Defuncto Innocentio cùm ab eius in Apoftolica Sede ſuccesſore Zofimo Caſtius, cuiusque magister Pelagi varijs & subdolis artibus, nec non ficta clementia, taque